



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

I. Affertur ex Philone Zachariani hujus loci expositio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Isa. 45. 8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant Justum; aperiatur terra, & germinet Salvatorem.

Isa. 53. 1. 2. Quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui revelatum est? & ascendes sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra stitenti.

Jerem. 23. 5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen justum.

Jerem. 33. 15. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam David germen iustitiae.

Ezech. 34. 29. Et suscitabo eis germen nominatum.

Zach. 3. 8. Ecce enim ego adducam seruum meum Orientem.

Zach. 6. 12. Hac ait Dominus exercitum, dicens, Ecce vir, Oriens nomen ejus.

radix David, aperire Librum.

Apoc. 22. 16. Ego Jesus misi Angelum meum testificari vobis hec in Ecclesiis, Ego sum radix & genus David.

I. *Affertur ex Philone Zachariani hujus loci expositio. II. Quo sensu Christus dicatur Germen, & Radix, & Virga, & Flos.*

*Affertur ex Philone Zachariani hujus loci expositio.
Euseb. Prep. libr. 11. cap. 15.*

*Quo sensu
Christus dicatur
Germen, & Ra-
dix, & Vir-
ga, & Flos.*

I. **P**RÆCLARAM affert ex Philone Zachariani hujus loci expositionem Eusebius. Inusitatum est, inquit, vocabulum hoc, Oriens, si eum intellegas qui corpore & animo conset. Quod si incorporeum illum divinam imaginem gerentem accipias, aptissime in eum convenire fateberis dictiōnem istam: hunc quippe antiquissimum Filium oriri fecit rerum omnium parens Deus, quem alibi Primum genitum appellat, qui Patris vias secutus, & ad primigenia illius exemplaria respiciens, formas effinxit.

II. Porro quemadmodum Germen, & Radix, & Virga, & Flos dicitur Christus, ita Heros suos Antiqui Deorum germina appellant. Scatent exemplis libri Potarum. Hic ἐπὶ ἄρνεω, germen Martis, ille διὸς ἐπὶ Ζεύς, Jovis germanus, & Λαος, Jovis ramus. At Christus Germen est, & Radix Davidis, Virga Iraelis, Virga Jesse, Vitis vera, Radix sancta.

CAPUT L X.

Discipuli Jesu, germina, plantæ, palmites, rami.

PSALM. 79. 15, & seq. Deus virtutum converte: respice de calo, & vide, & visita vineam istam: & perfice eam quam plantavit dextera tua, & super Filium hominis, quem confirmasti tibi..... Fiat manus tua super virum dextera tua, & super Filium hominis, quem confirmasti tibi.

Isa. 35. 1, & seq. Letabitur deserta & invia, & exultabit solitudo, & florebis quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit letabunda & laudans: gloria Libani data est ei: decor Carmeli & Saron, ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostræ.

Isa. 60. 21. Populus autem tuus omnes justi, in perpetuum hereditatum terram, germen plantationis mee.

Isa. 61. 1, & seq. Spiritus Domini super me, eo quod unexxit Dominus me..... ut pone rem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu maroris, & vocabuntur in ea fortis iustitiae, plantatio Domini ad gloriam.

MATTH. 15. 13. At ille respondens ait: Omnis plantatio, quam non plantaverit Pater meus caelitus, eradicabitur.

Joh. 15. 5. Ego sum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

Rom. 6. 5. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus, simul & resurrecti sumus.

Rom. 11. 16, & seq. Si radix sancta, & rami. Quod si aliquis ex rami fracti sunt, tu autem cum oleaster es, infertus es in illis, & facies radicos, & pinguedinis olives factus es, noli gloriaris adversum tuos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te.

i. Cor. 3. 6, & seq. Ego plantavi, Apollo rigaveri, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque quis plantat, eis aliquid, neque quis rigat, sed quis incrementum datur Deus. Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt. Unde quisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dux enim sumus adiutores;